



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 16. Circa qualitatem, & quantitatem Beneficij aut patrimonij ad
Ordines requisita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)

Sectio II. De Ordine, Problemata. 245

*edem tit. conf. 2. Sayt. edem tit. decisi. 32. & 33.
Ricci. in praxi decisi. 297. num. 1. Molfes. sum.
trat. 2. cap. 2. numero 12. March. trat. 1. part. 5.
cap. 10. num. 3.*

*Cum his opinor. Itaque si Episcopus male
contulit Diaconatum, eti solummodo à Diacono
natus collatione suspensus: si Presbyteratum,
male ministravit, exi per annum suspensus so-
lum à Presbyteratus collatione. Nam pœna non
extenditur ultra culpam: sed culpa commissa
solum suicit collatione unius, vel alterius Ordinis:
Ergo non est ad omnes Ordines exten-
denda. Clausulam Bullæ Urbani sic interpretor:
Ab executione Pontificalium suspensus maneat,
circa illum Ordinem, quem male contulisse
confiterit.*

PROB. LXXXVII.

*Licit, & non licet Episcopo Ordinibus ini-
tiare subditum alterius cum rati-
habitionis spe.*

*357 Non licet. Quia in iis, quæ sunt contra
nos, alterius quæ tangunt iurisdictionem
non est facile presumenda ratihabitione, præser-
tim cum videmus, tot de iurisdictione altercationes
vigere: & aliæ propriæ Prælati consensus
facile per literas valcat obtinere. Nec conve-
niens est, sub hoc colorato titulo ratihabitionis
iura Episcopalia perturbari. Sic Salzedo in pra-
xi. cap. 26. Rebuff. tit. de liter. dimiss. num. 11.
Patr. conf. 136. vol. 4. Quaran. v. Ordo, verfa.
Ampliâ hanc extravagantem. Iulius Cas. Ma-
dius de fac. Ordin. cap. 4. num. 18. Bonac. d. 8. q.
vnic. pauli. 4. num. 28. Barbol. de Offic. & potest.
Epif. alleg. 8. num. 4. Turrian. de Censur. lib. 5.
d. 46. dab. 1.*

*358 Licit quidem. Quia ad incurram modi
huiusmodi suspcionem requiritur præsumptio, quam
excusat bona fides saltem in foro interno. Col-
ligitur ex verbis textus: *scienter, seu affectata
ignorantia, vel quocumque alio signamento queſito,*
præsumptiō erit ordinare. Ita March. rr. 1. p. 5. c. 10.
num. 12. Mandol. de regul. Cancel. 24. 9. 4. For-
nat. de ord. cap. 5. n. 4. Molfes. rr. 2. c. 2. n. 14. Suar.
tom. 5. d. 3. 1. set. 1. num. 17. Franc. Marcus, decisi.
Delphini. 10. lib. 10. Tusc. v. Ordo, concl. 188.
num. 41. Maiol. de Irregular. lib. 4. cap. 2. num. 7.
Cherubin. ad conf. 40. Clementis VII 11. Dia-
lios.*

*359 Existimo, an factum id facile non debere
permitti: post factum vero ratione bona fidei in
foro conscientie excusari à Censura tam Ordina-
natum Episcopum, quam non subditum Ordina-
natum. Nam Cap. ultimo 9. 9. 2. Legi approbari
factum D. Epiphanius, qui sub ratihabitionis spe
subditos S. Chrysostomi ordinibus initiare non
renuit.*

*356 Cum his opinor. Itaque si Episcopus male
contulit Diaconatum, eti solummodo à Diacono
natus collatione suspensus: si Presbyteratum,
male ministravit, exi per annum suspensus so-
lum à Presbyteratus collatione. Nam pœna non
extenditur ultra culpam: sed culpa commissa
solum suicit collatione unius, vel alterius Ordinis:
Ergo non est ad omnes Ordines exten-
denda. Clausulam Bullæ Urbani sic interpretor:
Ab executione Pontificalium suspensus maneat,
circa illum Ordinem, quem male contulisse
confiterit.*

CAPVT XVI.

*Circa qualitatem, & quantitatem
Beneficij aut patrimonij ad
Ordines requisita.*

PROBL. LXXXVIII.

*Potest quis, & non potest ad Sacros Ordines
admitti sine sufficienti Beneficio aut
patrimonio, cum sola fideiūsione ali-
mentorum.*

*360 VPPONO ex seſt. 1. ſecularē Cleri-
cūm haud poſte Sacris initiari si
ad vičūm necessaria non habeat ex ſuppone.
Nonnulla
Beneficio certo, aut ex penſione,
donatione, vel patrimonio. Quia ſic deſtinet
Concilium Trident. ſeff. 21. cap. 2. & anteā alia
Concilia, & Canones. Secus dicendum de Re-
gularibus ſolemniter profeſſis quibus quidem
de Monasterijs redditibus aut eleemosynis ſuffi-
cientis vičūs prouideatur. Porro Societatis IESV
alumnis poſte ad Ordines Sacros admitti poſt
vota ſimplicia Gregorius X 111. in Bulla edita
anno 1573. die ultima Februario conceſſit. Quod
ſi contingat ē Societate aliquem in ſacris conſi-
tuum dimittit Societas Praefules ei de vičū
honoſto prouident, donec ſufficientis Beneficiū
(aut patrimoniu m ali) conſequuntur.*

*Quæſtio itaque voluitur, num quis poſſit ad
Ordinem Sacrum admitti ſine ſufficienti Bene-
ſicio aut patrimonio cum ſola fideiūſione ali-
mentorum, id est, cum impetrat ab amico ſche-
dulam, in qua promittit, ſe illi necessaria viča
ſubſidia ministratur? Non poſt ad Ordinem
Sacrum admitti: Quia Concilium requirit per-
petua, & pacificam patrimonij poſſeſſionem:
at obligatio illa personalis non eſt res immobiliſ
ſue perpetua, ac pacificè poſſeſſa: per eamq; ſe
Ordinandus haberet quidem ius ad rem, ſed
non ius in re. Sic Nauat. conf. 3. 4. de tempo. Ordin-
Ricci. in praxi. decisi. 3. 18. Hugo. de offic. Epif.
c. 2. 6. §. 1. 4. n. 2. Molfes. in ſum. rr. 2. cap. 15. n. 4.
Azor. p. 2. l. 3. c. 4. q. 7. Ex quibus aliqui referunt,
id à Sacra Congregatione eſte deſtinatum. Mar-
chin. trac. 2. pari. 6. cap. 7. diff. 2. adiiciens, ſi
quis de fructibus omnium bonorum irreuocabili
ſue donatione publico Notario firmata in pat-
rimonium quinquaginta aureos nummos alicui
affiſſaret, vt ad Subdiaconatum promouere
tur: titulum huiusmodi validum eſte; nam hoc
patrimonium irreuocabile, & perpetuum exi-
ſteret.*

*361 Admitti ad Sacrum poſt Ordinem. Quia
cauſa finalis ob quam Tridentinum ſeff. 21. c. 2. ref.
disponit, ne Ordines Sacri conferantur. Bene-
ſiciūm, penſionem, aut patrimoniu m ſufficientis
non habentibus, ea præcipua eſt, ne qui Sacro
additi sunt ministerio cum Ordinis dedecore
mendicare, aut ſordidum queſtum cogantur
exercere: Ergo ſi prouideatur mendicati hui-
usmodi, vt fit cum fideiūſione alimentorum,
ſufficienter Concilij menti ſatisfiet. Ita Gri-
lonzoni.*

246 Theologiæ Moralis Lib. XXIII.

lenzoni. cors. 14. quem refert. & sequitur Diana part. 5. tract. 10. resol. 48. Barbos. in remission. ad loca Concil. ses. 21. cap. 2. num. 11. Flaminii. l. 2. q. 6. n. 11. Zechi cap. de Cleric. sub num. 7. versu 64. Leand. tr. 6. dif. 9. quæst. 3.

363 Hoc mihi probabile esse videtur, si firma fiducia fuit facta quidem ab eo, qui sufficientia ad id implendum bona immobilia habet. Ad firmitatem vero crediderim firmaram esse a publico Notario debere; nam simplicis schedulae firmitatem difficulter admiserim.

PROBL. LXXXIX.

Incurrit, & non incurrit suspensionem, qui ad sacros Ordines promouet, cum Beneficio aut patrimonio ficto.

364 *Non incurrit.* Quia ficto patrimonio quem Ordinarii, idem est, ac sine patrimonio Ordinationem dices lacos recipere: sed in hoc casu nulla est suspensio: Ergo Ordinarius, ficto patrimonio supposito, non incurrit suspensionem. Minor probatur: è quia licet olim ordinari sine titulo pœnam suspensionis ipso facto incurabant Cap. *Nominem*, & Cap. *Sanctorum*, dif. 70. & consequenter in huiusmodi suspensione celebrantes irregularitatē concrahebant: postea verò hæc suspensio sublata fuit ab Innocentio III. in Cap. *Cum secundum Apostolum, de præbendis,* & impositam ordinanti Episcopo onus alendi Clericum sine titulo ordinari, donec illi de sufficienti Beneficio prouideretur. Porro Tridentinum ses. 21. cap. 1. hanc suspensionem non renouauit illis verbis: *Antiquorum Canonum pœnas super his innovando: Sed onus alimentorum Episcopis denuo impositum, fuit sœpè declaratum per sacram Congregationem anno præsertim 1583.* cuius hæc sunt verba: *Ordinatus contra fermam huūis decreti sine Beneficio, vel patrimonio non est per hoc suspensus, nec aliquam pœnam incurrit; sed cogendus est Ordinarius illi prouidere, iuxta cap. Cum secundum Apostolum, de præbendis, quis solus Canon, non alij à Concilio innovatur.* Hanc declarationem referunt Viuald. Garzia, Barbola, & alij apud Marchinum tr. &c. 2. part. 6. cap. 7. diff. 6. Sic Henr. lib. 13. cap. 37. num. 2. qui duodecim Doctores afferunt. Viuald. de susp. num. 28. & 31. Tolet. lib. 1. cap. 48. numer. 16. Rodriguez. infun. part. 2. cap. 14. num. 5. Aula de Cenf. part. 3. d. 5. concl. 1. Diana. part. 2. tr. & c. 16. resol. 5. & part. 5. tract. 10. resol. 50. Marchin. citatus. Si ergo nunc suspensionem non incurrit, qui sine Beneficio, aut patrimonio sufficienti facio Ordine initiatur: nec illam incurrit ille, qui ficto Beneficio, aut patrimonio ad Sacrum Ordinem promouetur.

365 Incurrit suspensionem. Quia probabilius est, suspensionem cum qui sine Beneficio, vel patrimonio sufficienti ordinatur, suspensionem incurere latam in Cap. *Nominem*, & in Cap. *sanctorum*, dif. 7. renouatan plane à Tridentino citato. Sed patrimonium aut Beneficiū fictum reuera non est patrimonium, nec Beneficiū: ergo idem est, quem ficto patrimonio aut Beneficio ordinari, ac sine Beneficio aut patrimonio. Ita Suar. de Cœsur. dif. 3. sect. 1. n. 34. & 35. Nauar. c. 27.

n. 158. Sanch. l. 6. de Matr. d. 3. 2. num. 8. Valsq. tom. 3. in 3. p. d. 243. Bonac. d. 8. q. vni. punct. 5. n. 24. Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 19. n. 57. Comitol. l. 6. respons. moral. q. 38. Molfel. tr. 2. c. 18. n. 26. & alij.

Probabilem fatis primam sententiam reor, 366 probabilior autem mihi secunda appetit. Quia secundum verius puto, illam antiquam suspensionem Cantenitā probanum, quam abstulerat Innocentius III. esse biliter reor. à Tridentino innovatam illis praefatis verbis: *Antiquorum Canonum pœnas super his innovando:* Quia appellatione antiquitatis venit id, quod est antiquius: vt in l. 1. & 2. ff. de alio scribendo dictatur: sed pœna suspensionis contraria ordinatus sine titulo lata in Cap. *Nominem*, & in Cap. *sanctorum*, est multo antiquior ē, que fuit lata in cap. *Cum secundum Apostolum*: nam primus Canon latus fuit in Concilio Chalcedonensi can. 6. Placentia sub Urbano II. tertius autem sub Innocentio III. multo posterior: Ergo Tridentinum innovans antiquos Canones, antiquiore suspensionem contra ordinatos sine titulo innovavit: Igitur qui ficto Beneficio, aut patrimonio titulo initiantur faciunt Ordinibus, incurunt proculdubio suspensionem.

PROBL. XC.

Ordine sacro initiatur quis titulo patrimonio sub hac conditione accepto, ut post ordinationem illud largitori restituat: Hic quidem incurrit, & non incurrit, suspensionem: tenetur, & non teneatur restituere.

Suspensionem incurrit. Quia est patrimonium velut fictum, & ementum, cuius falso titulo ordinati pœna suspensionis à Tridentino 367 *suspensionem* secundum cap. 1. innovata percutitur. Et restituere tenetur. Quia quamvis ille qui patrimonium ementum ordinanti assignat sub prefata conditione grauter deliquerit, & in foro exteriori nullam actionem contra Clericum habet: attamen non verò donavit, nec dominium in illum transtulit: Ergo cum Clericus talis patrimonij dominium verè & realiter non acquisierit, tenetur in foro interno vero domino restituere. Primum assertit Machado tom. 2. d. 4. p. 1. tr. 7. docum. 8. n. 5. Torebl. l. 2. præf. c. 1. n. 30. Ludou Lopez i. p. instruc. c. 4. secundum autem Marchin. tr. 2. p. 6. cap. 7. diff. 5. Ledesma. sum. iii. de Sacr. Ordin. concl. 5. diff. 6. Sanch. l. 6. de Matr. d. 3. n. 8. Garzia de Benf. (ibi quidem contrarium) c. 5. n. 12. Ioan. de la Cruz in diff. p. 2. ii. de Sacr. Ordin. dub. 6. concl. 2. Aula de cens. p. 3. d. 5. dub. 5. concl. 5.

Suspensionem non incurrit, licet lethaliter planè deliquerit. Quia re ipsa vero, & non ficto 378 *suspensionem* patrimonio ad Ordinem sacram ascendit. Nec non incurrit. Patrimonium acceptum. Quia in pœnam donantis qui voluit Ecclesiast. decipere ei ius ad illud acquirendum est sublatum. Primum docent Aula citat. concl. 3. Petr. de Ledesma. c. 7. de Ord. c. 6. diff. 3. & l. 1. consil. de tempore ord. consil. 1. 3. Sa. v. Ordo. n. 26. Leand.

Sectio II. De Ordine, Problemata. 247

Leand. tract. 6. d. 9. quæst. 5. Secundum vero
cuncti hi citati præter Aulam, Auctores pro-
ficiuntur.

Vnum, & alterum hoc probabilius duco. Ma-
nuscripte enim ostenditur huiusmodi Clericū cum
vero patrimonij titulo sacerdotum Ordinem inimicis;
qui per pactum, quem gessis obligatus non
manus, unde promissis nullius fuit valoris. Ita-
que ementito patrimonio ad Ordines sacerdos
assumitur data antapocchia,) quæ vulgo dicitur
contra scriptura (aut data fide, vel iuramento, se
post Ordinationem patrimonium illi assigna-
tum redditurum, vel fructus nunquam percep-
torum: haud promissis stare tenerit. Moncer in
pumis Tridentini ss. 21. cap. 2. authoritate,
probribens vriue ne penso, aut patrimonium,
ad cuius titulum quis fuit Ordinatus, absque
Episcopi licentia alienari, aut remitti possit, do-
nec si beneficium Ecclesiasticum sufficiens fue-
rit consecutus, vel aliund habeat, vnde viuat.
Deinde. Quia assignato tali patrimonio in facie
Ordinis titulum, Episcopus ius in illud acqui-
rit, siquè illi hypotheccatum. Denique roboro ex
eo, quod tale patrimonium effingens, & illud
ordinando facta donatione impendens, propriæ
culpa imputare debet, si id minimè valeat recu-
perare.

PROBL. XCII.

Verè quis fratri, vel propinquo donavit
sufficiens patrimonium, ad cuius titu-
lum Subdiaconatum, & Diaconatum
rite recepit: mox renunciato utrōcè
patrimonio ipse fratri aut propinquuo,
Presbyteratum sine patrimonio alio sus-
cepit: Hic quidem incurrit, & non in-
currit suspensionem.

Suspensionem incurrit. Quia sacrum Ordin-
ementum non sine virulo patrimonio recipit, siquidem
valda fuit eiusmodi renunciatio. Sic plures Do-
ctores apud Sanchez cīardum. Ludou de S. Iuan
ques. 2. de Ord. art. 10. diff. 2.

Non incurrit suspensionem. Quia re vera
non recepit Presbyteratum sine patrimonio, cum
renunciatio facta post Diaconatum nullius fuc-
tit valoris, iuratur enim à Tridentino ss. 21. c. 2.
Ia Nauar. lib. 1. Conf. 17. & 18. de temp. ordinat.
Henric. lib. 1. cap. 37. n. 2. Bonac. diff. 8. q. vni-
pn. 5. num. 19. Diana p. 4. tr. 4. resol. 5. 2. Sanch.
tom. 2. Confil. 1. 7. c. 1. dub. 40. Sa. v. Ordo. num. 27.
Villalob. tom. 1. tr. 18. diff. 10. n. 10. Marchin.
tr. 2. p. 6. c. 7. diff. 7. n. 10.

Ex ultimo peccare lethalter Diaconum, qui
renuncians accepit patrimonium putans va-
lidam esse renunciacionem Ecclesiam decipere
tent: sed minimè contrahere suspensionem;
quia fuit ad Presbyteratum eleutus cum vero
virulo patrimonij (vixit secunda sententia) licet
postea illi renunciant: renunciatio enim est
nulla pœnas ex Tridentini decreto tollentis
potestim alienandi, & impeditis dominij
translationem. Neque quidem impedimentum
præstat, quod de iure non foretur effectum: de
regul. maris in 6.

PROBL. XCII.

Potest, & non potest, ad sacros Ordines
admitti filius, qui ex bonis paternis
pingue patrimonium expectat, hoc ta-
men à patre ei in titulum assignatum
nondum est.

Potest admitti. Quia patris diuinitas bona sunt
filiorum: & valer argumentum: Pater est di- 373
miges: ergo diues est est filius. Viderunt autem de-
creti Concilij satisficeri, siquidem congrua ali-
menta dum viuit pater, non decurrent, & post eius
obitum redundabunt. Sic Surdus de alim. tit. 7.
q. 37. num. 2. Probabile à Machado citando hoc
reputatur.

Admitti non potest. Quia non sufficit ius ad
rem, sed ius in re prærequisitur. At filius solus 374
habet ius ad patrimonium post eius obitum illo potest.
autem superflue non habet ius in re. Ita Vgolini.
cap. 26. §. 9. n. 3. Campanil. in divers. iur. Canon.
rubr. 8. c. 5. n. 3. Flamin. de resignat. Benef. l. 2.
q. 6. n. 28. Molfet. in sum. tr. 2. cap. 15. m. 3. Sanch.
l. 8. de Matr. diff. 19. n. 21. Garzia de benef. p. 2.
cap. 5. num. 9. & 92. Barbos. de offic. & potest.
Episc. alleg. 19. n. 60. Marchin. tract. 2. p. 6. c. 7.
diff. 2.

Cum his opinor. Quia ad licitam promocio-
nem non sufficit dominium bonorum directum, Cum his op. ic.
sed requiritur virile, quo ordinandus allatur; nr.
quod quidem à Concilio præscribitur. Porro
fatis probabilem primam sententiam reor.

PROBL. XCIII.

Potest, & non potest quis Ordinibus sacris
initiari titulo patrimonij, quod con-
sistit in censu redimibili.

Non potest. Quia census redimibilis facile
extingui potest: & si redemptus de more Non potest.
consumitur, male sustentationi congruæ pro-
debitur. Ideo census inter bona immobilia pro-
priè non computatur, ex Molina de Hispano.
primogen. l. 2. cap. 10. num. 6. Antonio Gomez de
censu. c. 3. num. 4. Vnde inferunt aliqui Doctores
ordinandi patrimonium minime constituendum
supra emolumenta officiorum Romanæ Curie,
qua Officialis obitu extinguntur, & in succel-
foris detrimentum onera aliqua nequeunt im-
poni. Sic Vgolini. cap. 26. §. 10. n. 2.

Potest planè. Quia census est titulus per se 377
frugifer, & certus, ex quo quis adquirit ius ha-
bendi certam pensionem, vnde congruè valeat
victitare. Accedit, quod census actius accep-
tus pro iure exigendi pensionem ex fructibus
fundii censi, inter bona immobilia annumeran-
tur iuxta perspicuum textum in Clement. Ex-
iui de paradiſo. 8. Cumque anni redditus, de verb.
significo. Quia quod rei immobili coheret, illius
participat qualitates, consequenterque ratione
illius coherentia res immobilia reputatur: sed
huiusmodi est Census impositus in re immobili.
Ergo Census inter bona stabilia connumeran-
dum. Ita relatis multis aliis rationibus, auctio-
ritatibus

248 Theologiæ Moralis Lib. XXIII.

titibus & Romanæ Rota decisionibus, Cen-
cius de Censib. part. 1. cap. 3. q. 1. art. 2. a num. 4.
ad 3. 4. Marchin. tract. 2. part. 6. cap. 7. diffic. 2.
Leand. tract. 6. d. 9. queſt. 10. Parilius, quem ci-
tat, & sequitur meus Galstro Palao tom. 4. tr. 27.
punct. 11. num. 9.

378

Hoc ut pro-
babilius eligo.

Hoc ut probabilius eligo. Quia non videor
obstare, quod Census redimi ac extingui possit;
in ipfa enim tituli electione hac cautio potest
adhiberi, vt in causa redēptionis, & extinc-
tōnis pecunia iterum ex Episcopi decreto quam-
primum implicetur.

P R O B L . X C I V .

*Acquisita aliunde congrua sustentatio-
ne, potest, & non potest Clericus sine
Episcopi licentia alienare, aut renun-
ciare patrimonium, ad cuius titulum
fuit sacris initiatus.*

379
Nonnulla
transmisso.

Pramito Tridentin. ſef. 21. cap. 2. de reform.
præſcriptionem. Aque illaſid eft penitio, vel
patrimonium, sine licentia Episcopi alienari aut
extinguari, vel remitti nullatenus poſſit, donec Bene-
ficium Ecclesiasticum ſufficiens fuit adepti, vel
aliunde habent, unde viuer poſſint. Vbi diſſi-
cultas tota verſatur circa particulam illam Do-
nec. ex qua grauiſſa conſtruenda: Doctoribus
excitatur, an valeat renunciatio seu alienatio
patrimonij, ad cuius titulum fuit quis ordinatus
facta sine Episcopi facultate poſt Beneficij,
vel congiui vicitus aſſectionem?

380
Valida eft, &
licitia.

Valida eft, & licitia. Quia dictio illa Donec eft
reſtrictiū temporis, habetque naturam ſu-
ſiuam, donec aliud emerget, id eft donec derur
Beneficium, vel hæreditas, vnde promotus viue-
re valeat, prohibetur patrimonij alienatio abſ-
que alia Episcopi licentia: Ergo acquiſito Bene-
ficio, aut alio congreuenti ſubſilio, vnde promo-
tus decenter vicitare poſſit, iam non eft licen-
tia Episcopi neceſſaria. Sic Flamin. lib. 2. de
reſignat. Benef. queſt. 6. num. 1. 6. Zaual. commun.
contra commun. q. 5. 27. num. 8. & queſt. 5. 6. n. 20.
& 30. Azor. p. 2. lib. 3. cap. 4. queſt. 3. Garzia
de Benef. p. 2. cap. 5. num. 186. vſque ad 192. Gra-
tian. decept. forens. cap. 159. num. 1. 4. Molſes. in
sum. tract. 2. c. 1. 8. n. 3. 1.

381
Ilicita eft, &
non habeat ſufficiens Beneficium, vel conguā
ſustentationem, ſi fiat fine Episcopi facultate.

Quia patrimonium erētum in titulum ſacri
Ordinis connumeratur inter bona Ecclesiastica,
& gaudeat eodem priuilegio, ita vt à Principe
ſeculari collectari non poſſit: ergo dictum pa-
tronum abſque Episcopi licentia eft inali-
nable. Sensus autem Concilij eft, patrimonium,
ad cuius titulum quiſuit initiatus, non poſſe
cum licentia Episcopi alienari, niſi poſt conguā
Beneficij vel vicitus conſecutionem. Quare illa
particula, Donec limitat Episcopi potestatem ad
tempus noua conſecutionis; qua poſta aliena-
tionem permittere poſteſt. Reddit ergo hunc
ſenſum: Donec conſter legitime Episcopo, pro-
motum aliunde habere, vnde vicitet, alienatio
patrimonij ad cuius titulum quiſuit promotus,
non admittatur: & aliter nulla fit. Ita Bur-
ſatus conf. 178. num. 55. l. 1. Vgolin. de offic. Episc.

cap. 26. §. 13. num. 4. Barboſ. de Offic. Episc. alleg.
19. num. 90. & in Trident. ſeff. 21. cap. 2. num. 2.
Canedo præſicabil. & Canonico. q. lib. 1. queſt. 11.
n. 9. Iulius Caesar Madius de ſacris Ordin. in
quodam diſcurſu ſuper cap. 5. Einfidem libri ad
finem operis, num. 2. Marchin. tract. 2. part. 6.
cap. 7. diffic. 9.

Cum his opinor. Nam si ordinatus habens 382
aliunde congrua ſuſtentationem poſſet abſque His hereticoſis
licentia Episcopi patrimonium, ad cuius titu- Deltoribus.
lum factis fuit initiaetus pro libito ſuo alienare:
Ergo inepte Concilium illam particulam appo-
ſuifet: Ab que Episcopi licentia: Si quidem
iuxta opoſitam ſententiam ſenſus eſſet; tunc
ſolum prærequiri Episcopi facultatem ad alie-
nandum illud patrimonium, vbi quis aliunde
non haberet, vnde viueret: nam ſi habeat, vnde
viuer aliunde congreuenti poſſit, nolunt Do-
ctores aduerſe ſententia, neceſſariam eſſe hanc
Episcopi facultatem. Quare ſi haec propositio
negatiua eft falſa, affirmativa erit vera. At fi
factam illationem coaſti admittant, rufus rogi-
to, ad quid Episcopi licentia in eo caſu neceſſaria
à Tridentino exigitur, cum illam Episcopis
daturus non ſit, qui ſi illam ob quamlibet cau-
ſam dare, teneretur ipfe ſuis ſumpribus pro-
mocum ſuſtentare? Duo ergo hiſce verbis aſſe-
ruerim Concilium prærequare: vnum, vt in
locum patrimonij ſufficiens Beneficium, vel
congrua penſo pro decenti vieti promoti ſu-
brogetur alterum, vt Episcopus poſt diligens exa-
men de tali ſufficientia iudicet: qua exiſtente,
pro dicti patrimonij alienatione facultatem im-
pendat.

P R O B L . X C V .

Bona à patre aſſignata filio pro ſacris Or-
dinibus ſuſcipiendo, ſuccedunt, & non
ſuccedunt legitima loco: & in diuinaſione
bonorum cum alijs fratribus ſunt, &
non ſunt annumeranda.

Nec ſuccedunt in locum legitime, nec in 383
diuinaſione bonorum inter fratres ſunt annu-
meranda. Quia legitima potest à filio vendi,
& alienari, l. Omnimodo, ſi impatiari, C. de inof- Non ſuſcep-
ſicioſo reſtam. arguendo ſumpto a contrario diuinaſione
ſenſu: ſed patrimonium ſacri Ordinis eft inali- torum ſunt
nabile abſque Episcopi licentia ex Trident. ſeff. annumeran-
do. 21. cap. 2. Ergo non potest in locum legitime
ſuccedere, &c. Et quia bona data loco alimen-
torum non veniunt in computatione legitime,
Surd. de alim. iii. 8. queſt. 17. num. 2. & iii. 9.
queſt. 5. 4. Molina de inſi. tract. 2. d. 3. 0. Sed pa-
tronum Clerici pro ſacris Ordinibus datur
alimentorum titulus, ne cogatur mendicare: Er-
go. Et quia donatio ſimplex & liberalis, que
non fit ob cauſam neceſſariam, non venit in
computatione legitime: ſed talis eft donatio
patrimonij facta filio à parte. Minor conſtar:
nam illa eft donatio ob cauſam neceſſariam, ad
quā compelli quis potest officio Iudicis: ſed
pater minimē compelli potest ad hanc donationem: Ergo. Quare ſicut expenſa facta pro do-
ctorando filio, aut pecunia inſumpta pro emen-
do officio in Romana Curia, vel pro conſequen-
do Canonicatu, Episcopatu, aut alio Beneficio
Eccl

Ecclesiasticos aut pro ingredienda militia non debent in suppuratione legitimam conferri: multo minus suppauri debet patrimonium donatum pro sacris Ordinibus fulciendis, maximè cum ipse Clericatus quædam sit Ecclesiastica dignitas. Et quia peculum Castrense, vel quasi castrense secundum omnes Doctores intra legitimam minimè computatur: sed patrimonium Clericis est peculum quasi castrense: ergo. Sic Azeudo. Quintanad. Zeval. Garzia. Polidorus Prip. Balan. Dueñas. Roxas. Rebus. Spino. Grati. Fernand. Gomez. Cassane. Igneus. & Fauer, quos refert, & sequitur Barbosa de Offic. Episc. alleg. 19. a num. 64. Riccius in praxi, decis. 394. & resol. 522. & alij.

³⁸⁴ Succedunt in locum legitimæ, & in diuisione bonorum inter fratres sunt annumeranda, nisi de expensi voluntate patris constet pinguorem voluisse Clerico impendere portionem. Quia ex mente patris semper presumitur velle filios in hereditate æquales existere. Repugnat enim equitatis, inter filios inæqualitatem servare. Crotius, in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 55. f. de liberis, & posthumis. Syluan. conf. 71. n. 9. vol. 1. Menoch. de præsumptio. 26. num. 22. Qui nemo, si locus est præsumptioni, potius dicendum est, patrem voluisse partem laicalem esse pinguorem propter consecrationem & splendorem familiæ, quam illam Clericorum. Et quia donatione ob causam necessariam, ad quam quis officio iudicis compelli potest, sine dubio in legitimam suppatur, v. gr. donatio propter nupias. Autem Ex testamento. C. de collationib. Sed donatio patrimonij ob Ordines sacros recipiendos, est donatio propter causam necessariam, ad quam pater per Episcopum cogi potest. Ergo Ita Gutier. præst. qdlib. 2. q. 65. n. 12. Molina de iustitia. r. 2. d. 23. 8. & 24. Bonac. de contraria. d. 3. q. 6. pun. 6. §. 5. & in Bullam Cœne d. 1. g. 19. pun. 3. §. 1. n. 14. Matchin. tr. 2. p. 6. c. 7. diff. 10. citans Couarru. Salce. Viujum. Auend. & alios. Rodrig. de Ord. c. 15. num. 8. Ludou. de San Juan. q. 2. de Ord. art. 10. diff. 5. Palau cum aliis rem. 4. raff. 17. punct. 11. n. 7.

³⁸⁵ Equidem quæstus haec adeo est perplexa, vt vtriusque sententia Auctores propriam opinionem communem esse afferant. Ego autem semper secundum probabilitatem esse iudicau, datus ex Authent. citat. Vt dicitur: ex testamento, & ab intestato cessat dotis & aliorum datorum collatio: ita demum si parentes hoc designaverint. Ergo à contrario sensu, si parentes minime delegauerint, conferuentur in legitimam tum dos, tum alia data familia doti, vt Glossa exponit. Atqui patrimonium Clerici est donatio ad dotis similitudinem: nam est donatio ob causam matrimonij spiritualis, sicut donatio propter nupias sit ad matrimonium carnale, & ex hoc validum argumentum ad illud deducitur. Carterum admitto, quod concessa ob causam necessariam alimentorum non sint computanda in legitimam, si actu consumuntur: fecus verò si concedantur, vt firma persistant & ex illorum redditibus fructibus alimenta proueniant; tunc enim debent bona illa in legitimam computari, esto fructus, & redditus non computentur.

PROBL. XCVI.

Potest quis, & non potest ad sacros Ordines promoueri titulo Beneficij certi de futuro, vel Coadiutoria perpetua cum futura successione.

³⁸⁶ Potest profecto. Quia certo sperat, se Beneficium aut Canonicatum posselurum, ^{Potest prof} quasi iam possidet: & titulus hic sufficiens est, ^{tit.} vi Ordinibus sacris possit initiari sine mendicantis periculo. Nunquam enim vel ex mutuo defunct anno, qui creduntur habituros, vnde reddant. A grauibus Doctoribus titulus de futuro in hoc casu sufficiens ad incundum sacram Ordinem esse affirmatur. Sic Sayrus de Censur. lib. 4. c. 14. n. 19. Glossa magna in cap. Osius, dif. 61. Moiolus de Irregular. lib. 4. c. 14. n. 19. & alij.

Minime potest. Quia opposita sententia Tridentino manifestè aduerteratur, quod quidem prærequisitum titulum de presenti iam pacificè possellum, ^{Minime po} ^{tit.} possit. Pacifice possidere debet. Ergo non sufficit titulus de futuro. Ita Vgolin. de potest. Episc. cap. 26. §. 8. num. 3. Rodriguez. in sum. p. 2. c. 15. n. 20. Garzia de Benef. par. 2. cap. 5. num. 130. Barbola de Offic. Episc. allegat. 19. n. 28. Marchini. tract. 2. p. 6. c. 6. num. 8.

Hanc partem probabilem duxerim, adiiciens, posse nihilominus ex satis probabili sententia quem initiarí Subdiaconatu, aut Diaconatu ad titulum Beneficij præsens, licet ^{Hanc partem} ^{duco} fructibus illius non statim potetur, sed solum post receptum Presbyteratum illis qui inciperet. Quia sic fuisse à facta Congregatione resolutum referunt Garzia n. 120. & Barbola num. 29. Factor tamen, difficile mihi videri huiusmodi decisionem in eam ex ea fieret, promotum ad Subdiaconatum vel Diaconatum, si non habeat unde videtur, cogi interim mendicare, quod à Clericali honestate alienum facri Canones abhorrent. Infero ex dictis, non posse quemadmodum sacros Ordines promoueri ad titulum Coadiutoria etiam perpetua cum futura successione. Quia est titulus Beneficij de futuro, & non de præsenti: scilicet initiatione præsens Coadiutorie habetur ex quotidianis distributionibus quibus à proprietatis assolent mox donati: aut aliunde, congrua obtineret sustentationem.

PROBL. XCVII.

Impetrat quis Beneficium, sed à Iudice faculari eius ei posse prohibetur: Tunc licet, & non licet Clerico ad huiusmodi Beneficij titulum sacro Ordini iniciari.

³⁸⁷ Licet planè. Quia verè hic habet titulum Beneficij, & absque eius culpa à tali posse. ^{Licet qui} si Ordines sacros recipiat, non peccabit, nec post Ordinationem illos exercens aliquam incurrit iuriis posnam. Sic Rodrig. in sum. p. 2. c. 15.

250 Theologiae Moralis Lib. XXIII.

*cap. 15. num. 11. Ludou. de San Juan quæst. 2.
de Ord. art. 11. diffic. 3. Rebif. Menoch. lamin.
apud Barbosam de Offic. & poteſt. Episc. alle-
gat. 19. num. 25.*

390
Non licet.

Non licet. Quia lex dans formam susceptio-
ni Ordinum sub lethali culpa seruanda est: sed
Concilium Tridentinum *ſef. 21. cap. 2.* antè
Ordinationem pacificam Beneficij possessionem
requirit: ergo non licet. Ita Marchin. *tract. 2.
part. 6. cap. 6. numer. 13.* Petr. Ledesm. *cap. 7. de
Ord. concl. 8. diffic. 3.* Barbos. *citatus. Palau. 10. 4.
tract. 27. punct. 10. numer. 8.* Trullench. *lib. 6. de
sacr. dub. 12. numero 5.* Leand. *tract. 6. d. 10.
quæſt. 15.*

391
*Hoc mihi pra-
babilius.*

Hoc mihi longe probabilius. Quia fieri hoc
in caſu poſſet, vt propter iniuſtam eam iudicis
prohibitionem, Ordinatus, Beneficioque ſpo-
liatus mendicare cogeretur, quod eft contra ex-
preſſam Concilij mentem. Nec verum eft, idem
eſt in foro conſcienciarum pacificam poſſessionem
Beneficij quem habuisse, ac per ipſum non ſtar-
re, quominus eam fuerit adeptus. Namre vera
etiam in foro conſcienciarum hinc Clericus paci-
ficam Beneficij poſſessionem antè ſacros Ordines
initios reequitam minime obtinuit, vnde Tri-
dentini legem proculdubio violavit: confequent-
erique ſupenfus ab viu Ordinis remanebit iux-
ta ſententiam afferentem, Ordinatos ficto patri-
monio, vel Beneficio in ſuſpencionē labi,
quod ſuprā non admittit, probabilior hærens
opinioni.

PROBL. XCVIII.

*Poteſt quis, & non poteſt ſacris ini-
tiari Ordinibus ad titulum Prae-
ſtimony, aut Pensionis
perpetuae.*

392
Non poteſt.

Non poteſt. Quia Praeſtimonium, vel Pen-
ſio non eſt Eccleſiaſticum Beneficium, nec
patrimonium quorum titulum ad ſacros Ordines
Tridentinum requirit. Sic Diaz. *in ſua præd.
cap. 10. & Vgolin de Offic. Epis. o. cap. 29. §. 8. n. 3.
de Praeſtimonio.* At de Penſione. Sic Petr. de Le-
desm. *cap. 7. concl. 12. Ludou. Lop. quæſt. 2. de
Ord. art. 11. diffic. 6. & Sotus de Inf. quæſt. 5.
art. 3.*

393
Poteſt planè.

Poteſt quidem. Quia Praeſtimonium perpe-
tui nihil eſt aliud quam quidam redditus ex
Beneficiorum redditibus abſtracti conſelli adole-
ſcenibus, vt ſtudiis incubentes fe poſſint ſubtentare, vt poſte eruditii Eccleſiae deſer-
uant: Vnde vel eſt Beneficium, vel faltem eſt
penſio Eccleſiaſtica, vt omnes docent. At Pen-
ſio perpetua ex Tridentino *ſeff. 21. cap. 2.* ex-
preſſe affignatur vt ſufficiens titulus ad Ordina-
tionem, i.e. Patrimonium vero, vel penſionem
obtinenes. Declarauit facta Congregatio. De
Praeſtimoniis ita Garzia, Barbos. & alij, quos ci-
rat, & ſequitur Marchin. *tract. 2. part. 6. cap. 6.
numero 23.* De Penſione autem præter hosce
Doctores Leand. *tractat. 6. d. 10. quæſt. 19.* &
Trullench. *lib. 6. de ſacram. dub. 12. §. deparim.
num. 1. & 6.*

394
*His hæro, & ad huiuscemate diluci-
diorem resolutionem recolo conditionem il-
læ Tridentinæ lam à Tridentino præscriptam, vt quis poſſit*

titulo Beneficij ſacro Ordine initiari, nempe *appofita con-*
ditio non
co amilo, Ordinatus vel mendicare, vel ſordi-
nillas infer-
ro, non poſſe quem promoueri ad titulum tem-
poralis Vicariae, vel cuiuscumque Beneficij, vel
titulū amouibilis; ſecus ſi Vicarius eſt per-
petuus, tunc enim poſſet in titulum conferri.
*Henriquez lib. 10. cap. 17. num. 3. lit. Q. Barbos.
de Offic. & poteſt. Episc. alleg. 19. num. 25. Gon-*
zalez ad regul. 8. Cancell. gloria 5. §. 3. numero 42.
Nec promoueri ad titulum Beneficij, ei de ad
victum insufficientis, quod poſteā ſufficiens
reddatur ob elemosynas, & Miftarum ac an-
niversarioſorū ſtipendia; quia haec omnia ſunt
incaſta, & non ſiema, ac perpetua. Zerola v.
Dimiſſioꝝ, §. 5. dub. 2. Garzia cap. 5. num. 12. §.
Nec Clericum Seminatio inferuentem initiari
ſacris poſſe ad titulum huiusmodi ſeruiri; quia
non eſt titulus perpetuò frugifer, niſi ex bonis
beneficialibus ſeminarij penſio annua ei legiti-
mè affignetur, donec de congrua luſtentatione
ei prouideatur. Sic à Gregorio XIII. refolu-
tum testatur Garzia *cap. 5. num. 104.* Nec eſe
licitam promotionem ad titulum Epifcopalis
mensæ, vel cuiuſlibet ſtipendij ab Epifcopo,
vel ab aliis affignari; quia à Concilio exiguit
vel verum patrimonium, vel Beneficium. Sic à
facta Congregatione ſuſle refolutum afferit
Garzia *cap. 5. num. 93.* At ſi congrua penſio Ec-
cleſiaſtica ſuper mensa Epifcopali ordinando
daretur, liceret Ordinatio, ob præfata ratio-
nem. Attamen ex eodem principio infero, poſſe
quem promoueri ad titulum quotidianum
distributionum, qua liet non ſine proprie Beneficia, ſunt tamen perpetua, & ſufficiunt, ne
quia cogatur mendicare. Barbos. *alleg. 19. nu-
mero 24. & in Trident. ſeff. 21. cap. 2. numero 13.*
Et initiari ſacris poſſe ad titulum Capellaniae,
dummodo ei antè Ordinationem confeatur;
quia eft Beneficium Eccleſiaſticum perpetuum.
Sic de ſtylo Rota testatur Rodrig. *ſumma part. 2.
cap. 15. num. 14.* Nauarr. *confil. 20. de tempor.
Ordination.* Et poſſe ad ſacrum Ordinem affi-
ſumi ad titulum obsequij perpetui alicui Eccleſie,
accidente Rectoris conſenſu, ne poſtea
amoueri valeat. Quatanta v. *Ordo pag. 562.*
Vgolin. §. 8. numero 6. Hinc demum deduc-
xerim, poſſe Clericuſ promoueri ad titulum
Praeſtimonij, vel Penſionis perpetuae, ad vi-
ctum ſufficientis: Si Praeſtimonium ordinando non
ſolum pro ſtudiorum tempore, ſed in perpetuum
illi confeatur. Salzedo in *præd. cap. 8.* Ro-
driguez *citatuſ.* De Penſione autem perpetua
manifesta eft Tridentini præſcriptio, & ita ſuſ-
fe à ſacra Congregatione declaratum testatur
Garzia *cap. 5. num. 93.* & Barbosa *allegat. 19.
num. 74.*

PROBL.

PROBL. XCIX.

In sacra Theologia, vel in Iure Canonicō
graduatus potest, & non potest ad titu-
lum literatura absque Beneficio, aut
parimonio ad sacros Ordines ad-
mitti.

³⁹⁵ Potest profecto. Quia certa moraliter huius-
modi literatis esse debet sustentatio. Theologi
enim facile saltem ad Beneficia curata ascendunt:
& legisperiti ex litium defensione saltem de-
centem planū quæstum acquirunt. Sic Corduba
in sum. q. 36. Vega 1. p. sum. cap. 54. casu 1. Al-
zedo in præf. Episc. p. 2. cap. 5. num. 6. Auila de
Conf. p. 3. d. 5. dub. 16. Gonzal. ad regul. 8. can-
cell. num. 16. Henr. lib. 1. c. 3. 6. num. 2. & lib. 10.
cap. 17. & lib. 14. cap. 5. n. 2. vbi refert, peritissi-
mos Theologos Salmanticenses, Compluten-
sesac Tolitanos ita consuluisse. Barbola in Tri-
dent. seff. 1. cap. 1. num. 24. Garzia de Benef. c. 5.
num. 118. & 129. Affer Barbola ibi decretum
sacre Congregationis tenore sequenti: *In Con-
cilio Tridentini decreatum de promovendis ad titu-
lum literaturæ iusti & sanctissimi deleri: & dicit,*
*se daturum Breve Cardinali Portugalæ, ut solos
Dolto in Iure Canonico, vel Theologia possit ipse
Cardinalis prævio examine à se factio promovere
ad suos Ordines ad hunc titulum literaturæ. Sic
ex Garzia Barbola. Concinit Ludou. de S. Iuan
q. 2. de Ord. a. 11. dub. 5. pag. 806. Emanuel Rodri-
guez sum. c. 5. n. 15.*

³⁹⁶ Non potest. Quia Tridentinum seff. 2. 6. 2.
p. 2. prescribit nullum posse sacerdos iniciari, quamvis
alias sit idoneus moribus, scientia, & estate, quin
actu vnde honestè viuere possit, possideat: Ergo
non sufficit scientia, nec gradus, nec spes acqui-
rendi vnde quis valeat vivitare, qua sola gra-
duantur. Sic declarasse factam Cardina-
lum Congregationem. Sa correctus affirmat
v. Ord. num. 27. Ita Sanch. tom. 2. Consil. lib. 7.
c. 1. d. 3. s. 10. Salcedo c. 18. n. 7. Petr. de Ledesma
c. 7. ante vlt. concil. Marchin. tr. 2. p. 6. c. 6. Iohan.
de la Cruz in sum. de Ord. dub. 6. concl. 1. Diana
p. 4. 7. 7. resol. 32. & p. 5. tr. 10. resol. 50. Leand.
tr. 6. d. 9. q. 20.

³⁹⁷ Ego quidem reor, primam sententiam satis
esse probabilem. Quia Episcopus moraliter est
certus, graduatus huiusmodi vita necessaria de-
esse non posse, qui peribet tempore vacantia
per concursum Beneficia consequentur, vnde
Concilij menti satisficeri videtur, quod solum
exigit, ne constitutus in sacro ordine honesta
deline alimenta. Atramen secundam probabilio-
rem esse judicaram. Quia illi particulae *Quam-*
*uis alias si idoneus scientia non plene satisficeri
video. Præterea Concilium requirit pacificam
Beneficii possessionem, graduati vero hic ma-
nent in sola spe obtinendi. Porro Beneficia non
tam properè vacare assolent, & interdum minus
literatis, qui alias digni ex aliis virtutis, aut in-
dustrie donibus digniores apparent merito con-
seruntur: & inter plures graduatos ad idem Be-
neficium concurrentes, unus alio Doctior afflu-
mitur: vnde plures casus esse possunt, in quibus
graduato ab aliquo titulo ad sacrum Ordinem af-
sumpto vixi necessaria desint. Censuerim au-
Escob. & Mend. Theol. Moral. T. III.*

tem Collegialibus ex aliquo Collegio maiori
Salmanticensi (v. gr.) Complutensi aut Valiso-
letano S. Crucis posse factum Ordinem ad lic-
tuturæ titulum conferri: certum est enim toga-
tos huiuscmodi citò habituros plusquam con-
gewam sustentationem, vt adnotauit Diana ci-
tatus part. 4.

CAPVT XVII.

Circa Literas Dimissoriales.

PROBL. C.

Legatus à latere potest, & non potest lite-
ras dimissoriales impetrare, ad Or-
dines suscipiendo.

³⁹⁸ **D**IMISSORIARVM expeditio pro-
priè conuenit Summo Pontifici, & Non potest
Episcopo originis, domicilij, Benefici-
ci, vel familiaparatus, dummodo sit
electus, & confirmatus, etiam confederatus non
sit. Ex Trident. seff. 2. 3. cap. 1. o. sic docent Tolet.
lib. 1. o. 4. n. 2. Bonac. d. 8. par. 4. n. 22. Henr. lib.
1. o. cap. 2. 2. n. 3. & omnes. Quæsiem verò
num Legatus à latere valeat dimissorias conce-
dere? Non potest, etiam in casibus intra annum
præmissis. Quia non potest contra Concilij
præscripta dispensare. Sic Marchin. tract. 1. p. 6.
cap. 3. n. 5. Glossa ad cap. Dilectus de præuend. Ro-
drig. de Ord. c. 14. n. 6.

Potest planè. Quia Legatus à latere plenam
soler referre ea Pontifice potestarem, nisi expresse ³⁹⁹
aliqui casus excipiantur. Ita Nauar. coris. 27.
de temp. Ordinat. Petr. Ledef. c. 8. de Ord. concil. 4.
diffic. 3. Ludou. de San Iuan q. 2. de Ord. art. 3.
dub. 1. Leand. tr. 6. d. 10. q. 2.

Hoc probabilius puto ob doctissimi Nauar.
assertionem, ait enim *Legatus reverendas qui-* ⁴⁰⁰
*dam dare potest etiam Sede vacante, sed non dero-
pudo.* Hoc est, dare dimissorias
potest, dummodo iuxta Concilij præscripta eas
concedat. Igitur non est contra Concilij men-
tem posse Legatum dimissorials literas imper-
tare. Et infra num. 2. addit: *Secundò quod pro
Ordinato & Ordinante facit, quod Legatus po-
tuit dare reverendas, & dedit eas, accedente testi-
monio idoneitatibus Ordinarij, vel Provvisoris N.*
*quod testimonium accessit, seu datum fuit, ut re-
quirebatur. Sic Nauario malè à Philiberto Mar-
chino pro contraria sententia citatus.*

PROBL. CI.

*Præsente Episcopo potest, & non potest
Vicarius generalis Dimis-
sorias dedere.*

⁴⁰¹ **S**uppono, minimè posse Vicarium genera-
lem Episcopi sine speciali eiusdem manda-
to dimissorias impetrare capite 3. de temp. Or-
dinat. in 6. Glossa §. Inferiores in verbo non
extendant. Mandos. de regular. Cancel. tom. 2.
regul.